Quelle: https://manuscripta.at/?ID=26120
Copyright: Admont, Benediktinerstift



de doctorib⁹ genitos filios in caute deserentibus dicitur. Cerua
in agro peperit. & reliquit. Ipsi more ceruarū inter emptis uiciis
quasi extinctis serpentibus uiuunt. & de ipsa extinctione uiciorum
ad fontē uitę acrius inardescunt. Vnde psalmista ait. Sicut cer
uus desiderat ad fontes aquarū. ita desiderat anima mea ad te
ds. Ipsi etiā dū labentia huius temporalitatis momēta quasi
quędā flumina transeunt. cōpatientes caritate onera sua si
bi inuicē sup ponunt. quia cauta obseruatione custodiunt.
id quod scriptū est. Inuicē onera uīa portate. & sic adimplebi
tis legē xp̄i. Quia uero post aduentū dn̄i spirituales magistri
p mundū sparsi sunt. qui. auditorum animas in conuersatione
parere p̄dicando potuissent. & quia hoc idem tempus incar
nationis dn̄i ante pphārū uoces cognitū non fuit. quāuis
ipsa futura incarnatio p̄cognita omib⁹ electis fuit. bene beat⁹
iob de tempore partus ibicum. ceruarūq; discutit. eiq; dicitur.
Numquid nosti tempus partus ibicū. in petris. uel parturientes
ceruas obseruasti. Ac si dicatur ei. Id circo te egisse aliquid subli
miter credis. quia illud tempus. nec dū p̄uides. quo sp̄itales
magistri in mundū missi p doctrinā antiquorum patrū filios
generant. suisq; michi laborib⁹ animarū lucra cōportant.
Nam si illorum fructū quasi ibicū. ceruarūq; aspiceres. ualde hu
militer de tua uirtute. sentires. Magna quippe quę agim⁹.
quasi minima ducim⁹. cū hec p fortiora exempla pensamus.
s; tunc apud dm crescunt p meritū. cū apud nosmetipsos.
p humilitatē decrescunt. Possunt uero ceruarū significatio
ne doctores apellatione autē ibicū. quę animalia s̄ mini
ma. auditores intelligi. In petris uero ibices pariunt. quia ad
exercenda scā opa p exempla patrū p̄cedentiū fecundant
ut cū fortasse p̄cepta sublimia audiunt. & infirmitatis pprię
c̄scii. ea se implere posse. diffidunt. maiorum uitā c̄spiciunt. atq;
in eorū. considerata fortitudine bonorum opum fetus ponant